

dem damnum retorqueretur; contra regulam l. quod favore, cum vulgatis, C. de legib. & quod actus gestus contra formam legis teneat, quando nullitas esset nociva ei, cui lex consultum voluit, dum formam dedit, probat mirabilis textus exacte intellectus, in l. si duobus 12. §. Si prius ff. de bonor. poss. ff. ont. tabul.

19 Sunt aliqui casus, in quibus solennitas præconiorum non observatur. Primus est, si præco ad distrahenda pignora non reperitur, nam per edicta suppleri poterit, vel facta erit, ut licitatio per iudicem, aliove iustitiæ ministros fiat; Parlador. num. 5. Avendañ. d. cap. 12. num. 2. Secundus, quando reus ei solennitatem renunciat, sed non idem censetur terminis præconiorum renunciare, qui prætere debent, antequam ad ultimam citationem additionis deveniant; Carleval. d. tit. 3. disp. 2. num. 5. Rodrig. sup. c. 5. n. 81. Cur. Philip. num. 8. Quamvis Paz, ubi proximè, sentiat, proclamatum dilationibus. Tertius est, cum res qua capitur vendenda non est ad satisfactionem creditorum, veluti si sit pecunia; aut quid in specie debet; nam cessante venditione proclamata superflua sunt, ac per consequens terminorum lapsus non desideratur; Cur. Philip. ibidem, Carleval. d. disp. 2. n. 1. 5. ubi per totam explicat, quomodo executio in pecunia facta debeat expediri.

Ad Num. 3.

20 Adde Parlador. part. 1. §. 16. n. 7. 8. Carleval. d. tit. 3. disp. 2. num. 7. Paz. cap. 3. n. 48. 49. Guttier. practicar. lib. 2. quæst. 161. ann. 2. Didac. Perez. in dict. l. 4. col. 1072. vers. Dubitari prætere. tit. 8. lib. 3. Ordinar. Ceval. tom. 1. quæst. 633. nu. 7. 8. Cur. Philippic. §. 2. numer. 18. 19. & alios apud Carleval.

Ibi: Quod si subhastatio.

21 Videas proximè laudatos, præsertim Parlador, qui hoc quod de Supremis Iudiciis dicitur, ad inferiores extendit, qui reprehensione digni non sunt, si Majorum vestigia sectantes, æquitate eadem erga debitores utantur.

Verf. Illud sanè omittendum.

22 Ad hoc ut instrumentum publicum habeat de jure Regio executionem paratam, clausula guarentigia non eget, Ant. Gom. in l. 64. Taur. n. 4. Parlador. part. 1. §. 11. ampliat. 2. à n. 10. D. Larrea, d. allegat. 78. n. 5. Didac. Perez. d. l. 4. glos. 1. tit. 8. sic. 3. Ordin. Olan. in antinom. jur. lit. 1. n. 4. Azeved. in dict. l. 1. numer. 53. §. 4. tit. 2. lib. 4. Recop. Palac. Rub. in l. 63. Taur. Avendañ. in dictior. ar. verb. scriptura, & in l. 4. §. 5. tit. de de. las excepciones, nu. 2. circa finem. Hermos. in l. 6. glos. ulim. n. 3. in fine, tit. 5. part. 5. Salaz. de usu, & consuetud. c. 3. nu. 4. Gratian. Falcon. reg. 179. n. 9. Carleval. d. tit. 3. disp. 6. n. 9. Martienç. in l. 10. glos. 9. tit. 17. lib. 5. Recopil. Cur. Philip. §. 7. n. 1. quod magis arder.

23 Est autem clausula guarentigia, per quam contrahentes præstant facultatem omnibus Iudicibus, ut in se executio fiat, perinde ac si quod instrumento comprehenditur, re iudicata fuisset definitum, ut cum plurimis probat Carleval. ubi proximè, num. 7. Parlador. sup. ampliat. 1. num. 5. Azeved. num. 53. quamvis alio sensu instrumentum clausulam guarentigiam habere dicatur, ut videre est apud Canceer. d. cap. 3. num. 67. Menoch. de arbit. lib. 2. cas. 17. n. 6. Azeved. n. 54.

24 Contrariam verò partem cum D. Covar. tuentur Menel. in l. 1. num. 21. C. de jur. & fact. ignorant. Felician. de censib. lib. 3. cap. 1. ex num. 3. Segura in l. si ex legati causa, num. 71. 78. ff. de verbor. obligat. Valdes ad Suar. sup. in declarat. leg. Reg. num. 10. Rodrig. ubi sup. cap. 1. art. 4. num. 19. Paz. c. 1. num. 10. Ceval. quæst. 690. num. 5. Bæza, de inop. debitor. cap. 1. num. 31. Guttier. practica. lib. 1. quæst. 110. & de jurament. confirmat. part. 1. c. 62. n. 6. Quelada in suis quæstion. Fife. q. 9. Gironde de gabell. part. 2. §. 1. n. 15.

25 Quare solet supposito, quod hæc opinio ultima in praxi recepta sit, ntrum censetur adjecta, quamvis omisa sit, clausula guarentigia, cum hodie de consuetudine in omni-

bus instrumentis apponatur? & affirmativè aliqui responderunt, juxta l. quod si nolit, §. Quia assidua, ff. de adilit. edicto. Contrarium tamen verius est, ut ex aliis resolvit Ceval. d. q. 690. in fine, pro quibus facit l. quicquid 99. ff. de verbor. obligat.

Illud præmittendum non est, instrumenta, quæ apud nos paratam habent executionem, exequi non posse, si agatur ubi tale Statutum non viget; & è contrario, si conciliantur, ubi paratam executionem non obtinent ac in Hispania experiatur, via executiva reus poterit conveniri si instrumenta eas qualitates contineant, quæ apud nos desiderantur ad agendum executivè; nam etsi quoad litem decisionem standum sit legibus loci, in quo obligatio contrahitur; quoad ordinem iudicij attenditur, quod observatur, ubi petitur; Ant. Gom. in d. l. 64. num. 8. 9. Parlador. part. 1. §. 11. ampliat. 3. num. 13. Didac. Perez. in d. l. 4. Ordinar. Gregor. Lop. in l. 8. glos. fin. tit. 18. part. 3. Cur. Philip. §. 7. num. 3. Paz. sup. d. part. 4. cap. 3. num. 29. Quamquam instrumentum confectum, ubi paratam executionem non habet, exequi non posse, licet peratur in loco, in quo est exequibile ex Statuto, defendat Canceer. d. l. cap. 3. num. 19. sequutus Mart. Monter. decis. 9. num. 5. 2. qui alios refert.

Sed quod instrumentum exequendum non sit, ubi non est exequibile, etsi conciliantur ubi executionem paratam habet, ampliatur, licet Iudex procedat ex literis requisitorum, v. g. si Iudex Castellæ requireret Iudicem alterius provincie, ut exequeretur publicum instrumentum, non poterit requisitus annuere requirenti, si ibi tale instrumentum paratam non obtineat executionem; ita Canceer. num. 20.

Ad Num. 4.

Chirographum, sive privata scriptura à debitore judicialiter recognita, de jure Regio paratam executionem meretur, l. 5. tit. 2. lib. 4. Recopilat. Parlador. d. l. cap. fin. part. 1. §. 5. à princip. Carleval. sup. tom. 2. tit. 2. disp. 8. n. 2. & tit. 3. disp. 6. n. 39. Guttier. d. lib. 1. practicar. q. 221. a. n. 1. Azeved. in l. 2. num. 2. tit. 2. lib. 4. Recopilat. Greg. Lop. in l. 119. glos. 4. tit. 18. part. 3. Paz. d. part. 4. cap. 1. n. 2. 1. Avendañ. in cap. Prætor. part. 2. c. 3. num. 1. Cur. Philippic. §. 6. n. 1. Aviles sup. d. verb. execution. n. 33. Villadieg. d. cap. 2. n. 28. Quæ recognitio fieri potest de mandato Iudicis coram apparitore, vel Tabellione, l. 6. tit. 2. lib. 4. Recopilat. ubi Azeved. Paz. d. cap. 1. n. 24. Cur. Philip. ubi proximè.

Sed chirographum non recognitum executioni mandari non potest, quamvis contrahentes expellerint, ut ex eorum via executiva experiri liceat, Amat. variat. lib. 1. resolut. 8. num. 20. ubi alij, Azeved. in l. 5. num. 2. tit. 2. lib. 4. Recopilat. Canceer. ubi sup. num. 5. Cavalcân. decis. 27. num. 18. 19. part. 2.

Ibi: Cui illud adjiciendum.

Quando privata scriptura præjudicet alijs creditoribus debitoris, late traditur per D. Covar. pract. car. c. 22. num. 5. Tiraq. de retract. convent. §. 1. glos. 7. n. 437.

Ibi: Unde hæc recognitio non retrotrahitur.

Quamquam privata scripturæ recognitio retrotrahatur ad tempus obligationis contractæ in præjudicium ipsius debitoris recognoscens, D. Larrea Granatens. decis. disp. 49. n. 14. Tamen quoad creditores alios hypothecarios, qui contraxerunt ante recognitionem, non admittitur retrotractio, sed à quo recognitum est chirographum, habet creditor in hypotheca temporis prioritate, Guttier. d. lib. 1. q. 125. n. 8. Didac. Perez. in d. l. 4. column. 1090. vers. Contrarium, in fine; Paz. sup. c. 1. n. 3. 1. Rebuff. ad log. Gallie, tom. 1. tract. de chirographor. & schedular. recognit. in præfat. n. 26. & n. 81. cum seqq. Villadieg. d. c. 2. n. 32. Hevia Bolaños in commerc. terrestr. lib. 2. c. 12. de prælat. n. 50.

Quod limitatur, si scriptura recognita habuerit debitoris, acrium testium masculorum subscriptionem, quoniam tunc recognitio retrotrahitur ad tempus confectionis, in detrimentum aliorum creditorum habentium publica instrumenta

instrumenta quoad prælationem in hypotheca; nam hujusmodi chirographum, subsequente recognitione, vim obtinet publici instrumenti, ut habeatur in l. scripturas, §. Sin autem. C. qui potior. l. 3. tit. 1. 3. part. 5. Sic docent Guttier. & alij proximè laudati, Merlin. de pignorib. lib. 4. tit. 1. quæst. 15. n. 4. Gait. de credit. cap. 4. num. 153. 1. Ant. Fab. in suo Cod. tit. in quibus caus. pign. car. con. rab. & de errorib. pragmat. or. de cad. error. 1. num. 17. & error. 3. Gratian. disceptat. forens. c. 501. Decian. conf. 109. n. 19. lib. 2. de quo plenè Alexand. Trentacinq. variat. lib. 2. tit. de si l. instrument. resolut. 1. 2.

33 Recognitio autem hujusmodi fieri debet tam à debitore ipso, quam à tribus testibus, qui propria manu subscripserunt, D. Covar. d. cap. 2. 2. num. 5. in princip. (quamquam in vers. Hinc sanè, cogitandum relinquit, an sufficiat sola testium recognitio ad præfatam prælationis effectum); Merlin. sup. n. 4. Guttier. ubi proximè, Hevia Bolaños, d. c. 12. num. 5. 2. Imò hoc ipsum requiritur, ut via executiva agi adversum debitorem possit; nam si testes duntaxat recognoscant, via ordinaria erit agendum; Azeved. in l. 5. nu. 20. tit. 2. lib. 4. Recopilat. Avendañ. in capit. Prætor. part. 2. c. 30. num. 5. Guttier. sup. Paz. d. cap. 1. n. 30. Villadieg. d. c. 2. n. 28. vers. Ac proinde.

34 Hinc queritur, si tempore recognoscendi chirographi unus, testis ex tribus decesserit, utrum debitore, ac duobus superstitibus recognoscens, præjudicium alijs creditoribus generet, juxta supra tradita? & quamvis diversè reperiantur opiniones, quorum Authores congerit Trentacinq. d. resolut. 1. 1. num. 1. ipse affirmative resolvit; nam etsi lex omnium recognitionem postulet, hoc debet intelligi, quando omnes superflui, possuntque suas subscriptiones agnoscere; alioquin duorum comprobatio sufficit, quæ regulariter ad probationem in quocunq; negotio fidem faciunt; cap. in omni negotio 2. de testibus, l. ubi numerus 12. ff. eod. Quæ sententia verior videtur, ac menti legis conformis.

Ibi: Quid autem dicendum erit.

35 Si debitor privatam scripturam recognoscere jussus non compareat, aut parère detrectet, habetur chirographum pro recognito, ut exequi possit, modò ad hoc personaliter citetur, nisi dolose latitet, ne citari queat. Est communis resolutio, quam sustinent, Azeved. sup. ex n. 13. Guttier. quæst. 12. num. 1. vers. Sed bis non obstantibus, Rebuff. sup. num. 26. 98. Avendañ. n. 4. Avil. num. 34. Boer. decis. 295. num. 19. Parlador. sup. part. 1. §. 1. n. 11. Villadieg. n. 29. Quidquid teneat Paz. d. cap. 1. n. 25. Cur. Philippic. part. 2. §. 3. n. 3. & Parlador. d. cap. fin. part. 5. n. 10. ubi ait, sufficere quod citatio fiat ad domum, ut reus pro recognoscens habeatur.

Ad Num. 5.

36 Videas ad hæc, quæ sequuntur, Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 53. Trentacinq. variat. lib. 3. tit. de solutionib. resolut. 25. per totam, ubi de hac materia late agit; Borgnin. Cavalcân. decis. 26. num. 63. part. 2.

AD CAPUT XII.

Vtrum à sententia sive laudo Arbitri, vel Iudicis, qui ejus loco, petit à reductione subrogatur, Appel. Latio jure permittatur.

SUMMARIUM.

- 1 Arbitrorum triplex differentia.
2 Quæ remedia competant adversus arbitrorum sententias, ad num. 4.
3 Reductioni ad arbitrium boni viri utrum renunciari possit?
4 Intra quod tempus peti debeat.
5 Coram quo Iudice sit postulanda? ad n. 15.
6 Arbitrorum sententia, sive laudo, nemo infamis efficitur.
7 Ubi locus appellationsi à sententia arbitri est, ejus Superior est adendus.

- 18 Quando ab arbitris appellatio permittatur.
19 Si Iudex ordinarius, ut Arbitrator, controversiam dirimat, ejus Superior super reductione ad arbitrium boni viri cognoscit.
20 Iudex utrum Arbitrator, vel Arbitrator eligi queat?
21 Seculares prætextu appellations, aut reductionis, ad Ecclesiastica Tribunalia trahendi non sunt, nisi iure.
22 Vtrum à sententia Iudicis cognoscens de reductione ad arbitrium boni viri liceat appellare? & n. 23. 31. cum sequentibus.
24 Appellations aux litem competit semper, nisi iure interdictum reperiat. Quibus casibus denegetur? rem. ff. de num. 25.
26 Regula standum est, nisi exceptio probetur.
27 Appellatio an permittatur ab eo, qui prof. no arbitriodi causa cognoscit? & num. 28. 19.
30 Iudex appellations an leges loci, in quo primò judicatum est, seneatur observare.
35 Iudex de reductione cognoscens, eadem æquitate, ac Arbitrator, procedere debet.
36 Appellatio, qua uni ex litigatoribus licet, alteri non denegatur, & è contra.

Pro intelligentia eorum, quæ sub hoc capite sunt pertractanda, atque ut distinctè in re satis ambigua procedamus, in qua sanè non pauci interpretes obscuritatis vitium incurruerunt, præmittere oportet, Arbitrorum triplicem differentiam agnosci. Alij sunt juris Arbitri, qui, jubente lege, à partibus ipsi, vel ab alijs creatur, ut secundum legales regulas decident controversias, de quibus in cap. suspicionis 39. de offic. delegat. l. arbitro 9. ff. qui satisd. cogant. Alij Arbitri compromissarii dicuntur, qui ex voluntate contententium ab eisdem eliguntur, ut juxta jus, ex bono tamen & æquo, lites dirimant, quorum mentio fit in cap. Quintavali 18. de iur. jur. l. 23. tit. 4. part. 3. l. societatem 77. §. Arbitrorum, ff. Pro socio. Alij denique Arbitri inveniantur, à juris Interpretibus vulgo Arbitratores nuncupati, qui velut amici constituuntur ad dissidia per suo arbitrio de facto potius, quam de jure componenda; de istis agit in d. l. 23. & d. §. Arbitrorum, & l. rem non novam 12. §. 1. ibi: Qui arbitrium peragunt, C. de iudic. Quam distinctionem admittunt omnes & videre licet apud Canceer. variat. resolut. part. 1. cap. 21. à princip. Parlador. in sequentibus different. 43. Azeved. in l. 4. tit. 2. lib. 4. Recopil. Aug. Barbof. in collectan. ad Decret. tit. de Arbitr. in rubric. c. 6. Rebuff. ad leg. Gallie, tit. de Arbitr. art. 1. glos. 3. Cardinal. Tusch. practicar. conclusio. lit. A. cone. 448. Pat. Molin. de just. & jur. tract. 5. disp. 30. 31. Pet. Greg. syntagma. jur. lib. 47. c. 39. n. 3. c. 4. seqq.

Inter cæteras differentias, quæ inter hujusmodi Arbitros recentur, illa ad rem facit, quæ versatur circa remedium competens ad corrigendum, si quid per illos inique definitum est. Et in primis scire debemus, ab Arbitris juris non minus, quam à Iudicibus appellacionem esse permittam, cap. ab arbitris 11. de offic. delegat. d. l. arbitro 9. Bart. l. 1. §. Interdum, num. 8. ff. a quib. appellat. non lic. Scaccia de appellat. quæst. 17. limit. 13. num. 5. Parlador. different. 43. in princip. n. 2. Canceer. n. 30. Maranta de ordin. judicior. part. 6. tit. de appellat. n. 272. Villadieg. in Politic. cap. 4. n. 63. Guttier. in l. nemo potest, n. 445. ff. de legat. 1. A lege enim jurisdictionem accipiunt delegatam, vel mixtam, Molin. d. disp. 31. n. 2. ubi extraordinariam dixit, quare eorum sententiæ actionem producant iudicati, Bart. in lult. C. de iudic. Abb. in cap. 1. n. 21. 22. de re judicat. Canceer. ubi proximè. Marant. sup. part. 4. dist. 6. n. 22. Borrell. de compromisso, §. 3. glos. 1. à n. 61. Parlador. n. 1. sic ab eisdem ad Principem est interponenda appellatio, d. c. ab arbitris Canceer. ubi proximè, Scacc. sup. n. 109. Ab arbitris ex compromisso omnino interdicuntur appellatio, l. non distinguemus 31. §. Et idem, ff. de recept. arbitr. l. 1. C. eod. l. ult. tit. 4. part. 3. quia jurisdictionem nullam habent, nec actio nascitur iudicati ab eorundem sententijs, prout exprimitur in d. l. 1. Ita docent Scacc. d. limit. 13. cum seq. Parlador. ver. quotidianar. lib. 2. cap. fin. part. 1. §. 2. n. 23. Sforc. Odd. de integ. resitut. part. 2. quæst. 72. num. 44. Menoch. conf. 406. num. 32. Canceer. num. 5. Villadieg. sup. Imo X 4 nec

nec reductionem ad arbitrium boni viri petere conceditur. Specular. tit. de Arbitr. §. 1. num. 2. Cancr. ubi proxime. Azeved. in d. l. 4. num. 3. 2. Parlador. d. different. 4. §. 1. num. 1. facit l. diem proferre. §. Stari. ff. de recept. arbitr. Doli tamen exceptione se tueri damnatus poterat. ne Arbitro parere. aut poenam solvere cogetur. l. 34. tit. 4. part. 3. dict. l. non distingue mus. §. Cum quidam. & seq. Pet. Greg. sup. numer. 27. Jure autem Canonico non prohibetur ab hujusmodi Arbitris provocare. secundum receptiorem opinionem. Guttier. sup. num. 425. Blanc. de compromis. q. 10. n. 9. Menoch. cum aliis. conf. 406. n. 42.

4 Adversus Arbitratorum decisionem, quæ laudum nominatur, reductio ad arbitrium boni viri datur, ut quod perperam arbitratum est reformetur. l. 23. tit. 4. part. 3. ubi Greg. Lop. glos. 15. Bart. in d. §. Arbitrorum. num. 19. Cancr. n. 22. Patlad. ubi proxime. Menoch. conf. 217. num. 29. Azeved. sup. Trentacinq. variar. resolut. lib. 2. tit. de arbitr. resolut. 3. Tulch. sup. conc. 407. num. 15. Appellatio verò prohibetur. Molin. disp. 35. num. 4. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 70. num. 11. Cancr. sup. Surd. conf. 106. num. 2. & rationem reddit, quia cum jurisdictionem non habeant, laudum actionem parere nequit. Cyriac. ubi proxime.

5 An autem renunciatione, vel alia cautela fieri possit, ut reductio ad arbitrium boni viri non competat? late agit Trentacinq. d. resolut. 3. per tot. & de renunciatione videndi sunt Cevall. tom. 1. quæst. 89. Molin. ubi proxime. n. 10. & constat receptius esse renunciari valide posse; sed si quis enormiter ex laudo lesus fuerit, aut dolose arbitrator versetur, non obstante renunciatione, etiam juramento vallata, audiendus erit; ut ipdem docent.

6 Circa hæc quaeritur, si quis per errorem à laudo appellaverit, atque ita tempus legitimum ad reductionem petendam labatur, utrum laudum emologatum censetur; ne contra illud amplius dicere valeat? & negativè respondit Bald. ad Specular. tit. de appellat. col. 6. vers. Sed pone quaestionem; quem sequitur, Surd. sup. n. 4. Tempus ad petendam reductionem hujusmodi de jure communi est tricennale, de Regio decendum. l. 23. l. 35. tit. 4. part. 3. Cancr. n. 28. ubi ait in Catalonia decem dies dari. Azeved. in d. l. 4. n. 143. 144. Cevall. tom. 3. quæst. 73. n. 3. Guttier. sup. n. 444. Hermosill. in l. 9. glos. 5. n. 14. tit. 5. part. 5. Parlador. dict. capit. fin. part. 1. §. 2. n. 24. & dict. diff. 43. §. 1. numero 3. Villadieg. dict. num. 63.

## Ad Num. 1.

7 Quibus præactis, quaestio anceps admodum est, quam in præmi D. Covar. proposuit, nempe apud quem Judicem reductio ad arbitrium boni viri adversum Arbitratorum laudum debeat postulari? De qua aliquid dictum est sup. lib. 1. cap. 18. num. 31. suntque plures diversæ opiniones, quas refert Theaur. decis. 14. à princip. ex quibus illa magis recepta est, ut asserit Laurent. Kirchovij commun. opinion. verb. reductio, quæ Bartolo duce, tenet, Judicem esse adendum, qui de causa cognosceret, si non fuisset compromissum, quam tuentur Præposit. in rubric. de appellat. n. 84. Marant. d. part. 6. act. 2. n. 126. Cevall. d. q. 89. n. 7. Ruin. conf. 7. in princip. lib. 4. Hermosill. sup. n. 12. Gail. practicar. conclusion. lib. 1. observat. 149. Mynsinger. observation. cent. 2. observat. 61. qui duo de praxi testantur. Vital. de Camban. in tract. clausularum claus. de reductione. §. Videamus quis est judex. num. 3. Gratian. disceptat. forens. cap. 100. n. 52. Guttier. conf. 51. in fine. Theaur. sup. n. 4. §. 8. ubi ait, contrarium sustineri non posse. Molin. d. disp. 35. n. 8.

Ibi: Contrariam sententiam, imò hanc reductionem.

8 Sed adversus Bartolum extat opinio etiam communis; quæ habet, reductionem esse postulandam à Judice ejus, cui laudum favorabile fuit cum rei partes gerat, quod ut D. Covar. placuit Cancr. ubi proxime. Sfor. Odd. sup. q. 52. n. 109. Caval. in resolut. lib. 2. cap. 12. n. 1. Azeved. sup. n. 147. Roland. conf. 26. n. 30. volum. 2. Avendan. de exequend. mandat. part. 1. c. 1. num. 27. Cyriac. sup. tom. 2. controvers. 380. n. 66. Surd. d. conf. 106. n. 14. 17.

Ibi: Ex his tandem apparet.

Hanc sententiam scilicet, quod Superior arbitratoris sit Judex competens ad cognoscendum de reductione, probabilem dixi sup. d. cap. 18. n. 31. & ita sentire non pauci apud Surdum. d. n. 17. nec displicet Theauro; sup. n. 2. ubi illam rationibus corroborat; & n. 10. probat omnino, quando persona illustris ut Præses, aut Senator laudum tulit; duæ tamen præmissæ sententiæ longè sunt receptiores, de quo vide infra. n. 19.

Sed quicquid de jure communi sit, apud nos servari debet opinio Specularioris tit. de Arbitr. §. 1. vers. Sed quis. n. 4. cujus meminit Theaur. n. 28. qui docuit petendam esse reductionem coram Judice loci, ubi laudum fuerit latum; nam ita cautum est. l. 3. tit. 4. part. 3. ad cujus observationem nos esse adstrictos notant Gregorius Lopez. ibi. glos. 14. 15. Hermosill. ubi proxime. Theaur. d. d. c. 14. n. 9. vers. Sexto. Azeved. n. 148. Pet. Barbo. in l. hæres absens. §. Proinde. num. 39. ff. de judic. Cevall. ubi proxime. Avendan. d. num. 27. vers. Et ex his infero. Villadieg. d. cap. 4. num. 63. Circa quam legem duo se offerunt adnotanda. Primum, quod etsi in d. constitutione jubeatur, ut Judex bonos viros eligat ad cognoscendum de reductione, non observatur; Gregor. Lop. d. glos. 14. Azeved. num. 147. Secundum, si reperiantur plures Judices ejusdem loci, quorum unus sit Judex Partium, & alter Arbitratoris, hunc, & non illum esse adendum, Gregor. Lop. glos. 15. Azeved. num. 148.

Verf. Primò etenim.

Ubi laudum paratam executionem ex statuto meretur, Superior arbitratoris de reductionis causa cognoscere debet. Ita frequentissimo Scribentium consensu decisum est, ac docent Marant. num. 114. 126. Gregor. Lop. d. glos. 15. Avendan. sup. Cyriac. num. 68. 69. Amad. Rodrig. de execution. art. 1. num. 19. Blanc. de compromis. quæst. 10. num. 13. Dec. in rubric. de appellat. num. 14. Cagnol. in l. 2. num. 280. C. de pact. int. emptor. & venditor. Sfor. Odd. ubi proxime. Azeved. d. numer. 148. & alij plures, quorum ratio est, nam ex quo lex paratam executionem tribuit laudo, videtur jurisdictionem Arbitratoribus concessisse, per quod eorum sententia actionem producit.

Ad Num. 2.

Contra communem tamen sentiunt, Molin. dict. disp. 35. n. 7. Theaur. d. num. 9. quod etsi laudum paratam executionem habeat, reductio ad arbitrium boni viri à Superiore arbitratoris non est postulanda.

Ibi: Quibus suffragatur textus.

Sed pro communi responderi posset ad cap. venerabilibus 7. §. 1. de sentent. excomm. in 6. ibi loquutum esse Pontificem in casu, in quo specialis militat ratio, quoniam jure constitutum est, ut Archiepiscopi non aliter de causis subditorum ad suffraganeos Episcopos spectantium cognoscant, quam per legitimam appellationem; ne alioquin homines jurisdictioni proprii Episcopi absque occasione subtrahantur, cap. cum in Ecclesia 38. de appellat. ubi DD. Stephan. Quarant. in sum. Bullarij, verb. Archiepiscopi auctoritas, autor. 18. num. 19.

Ibi: Nec refert quicquam.

Adde Surd. d. conf. 106. num. 5. Molin. ubi proxime, & quanquam concedatur, legem tribuentem paratam executionem laudo, non censi jurisdictionem arbitratoribus dare; tamen sufficit, quod præstet autoritatem rei judicatæ quoad executionem Arbitratorum sententiæ, nam per hoc Judicibus similes sunt, argument. l. 1. C. de recept. arbitr. propter quam similitudinem, regulæ statutæ in appellatione, in reductione observantur. Nec novum est, aut juri dissonum, ut quod in uno casu definitum est, ad similes extendatur; l. non possunt 12. juncta

Glos.

Glos. ibi. ff. de legib. Quod facilius procedit attentis dicendis, infra. n. 18.

15 Nec obstat dicere, laudo Arbitrorum non dari paratam executionem de jure Regio ut sententiæ, sed ut instrumento publico. Nam hoc rejicitur ex l. tit. 21. lib. 4. Recopilat. cui objecto innititur; ubi expressim dicitur, sententiam Arbitrorum confirmari; ac præterea ibi stabilitur, quod si fuerit confirmata per Judices Supremos, nullum appellationis, vel supplicationis auxilium superstit, nam si Arbitratorum decisio pro sententia non haberetur, nequaquam tolleretur recursus, & remedium revisionis, qui in regularibus Cancellariis regulariter non denegatur. l. 1. & per tot. tit. 19. lib. 4. Recopilat. nec unica sententia cujuscunque Judicis, vel maxima dignitate præfulgentis, solent causæ terminari, Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 70. num. 22.

Ibi: Hinc sanè Panormitanus.

Adde Surd. & Molin. ubi proxime. Et quidem Panormitanus sententia æqua pariter, ac vera videtur; nam etsi Statutum Arbitrorum sententiæ paratam tribuat executionem; tamen cum privati permanent, eorum sententia rigorosè talis non est, ut possit infamiam notam irrogare damnato; aliud enim est, aliquid esse tale, & aliud haberi pro tali quoad aliquos juris effectus; Bart. in l. si maritus, §. Legis. num. 1. ff. ad leg. Jul. de adulter. Alciat. in l. mercis, ff. de verbor. signific. Socin. Senior. conf. 275. col. 4. vers. Sed pone. lib. 2. Menoch. conf. 35. num. 21. Atque ita quanquam sententia Arbitrorum rei judicatæ autoritate præstet, quoad executionem, quoad reliqua manet in dispositione juris communis; juxta quod, ex compromisso lata sententia non infert infamiam, l. quid ergo, §. Ex compromisso, ff. de iis qui notant. infam.

Ibi: Quoties verò de reductione non agitur.

17 Hoc de natura appellationis necessariò requiritur, & in terminis docent Cancr. nu. 26. Azeved. nu. 149. Parlador. de cap. fin. §. 3. nu. 23. Hermosill. de glos. 5. n. 13. Greg. Lop. in l. fin. glos. 1. in fine, tit. 4. pag. 3.

Ibi: Quod plerumque contingere potest.

18 Quando liceat ab Arbitrorum sententia appellare, videndum est apud Bart. in l. nemo potest, quæst. 7. ff. de legat. 1. & Guttier. ibidem. à nu. 117. Illud verò receptum est, licitam esse appellationem, quoties ex Statuto paratam executionem habet; Ripa in d. l. nemo potest num. 91. Guttier. ibi. num. 424. Surd. sup. num. 25. Parlador. ubi proxime. Molin. sup. num. 5. August. Barbo. in collectan. ad l. 1. num. 3. C. de recept. arbitr. Greg. Lop. ubi proxime. Cancr. de c. 21. num. 10. Tulch. sup. concl. 414. num. 18. An pacto fieri possit; ut à sententia Arbitri permittatur appellatio? docet Bart. ubi proxime, Guttier. num. 445. qui resolvunt affirmativè; intelligentes non de rigorosa appellatione, sed de quadam revisione, sive reductione.

Ibi: Idem esse censeo.

19 Quoties reductio ad arbitrium boni viri postulat contra laudum, quod Judex ordinarius, ut amicitabilis compositor tulit, necessariò ejus Superior adiri debet, Theaur. de nu. 9. vers. Quintò fallit, Azeved. in l. 1. n. 24. tit. 18. lib. 4. Recopil. Vital. de Camban. ubi sup. Molin. de disp. 35. num. 7.

20 Circa quæ animadvertendum est, Judicem ordinarium, ad quem causæ cognitio pertinebat, in Arbitrum eligi non posse, lib. 9. tit. 6. lib. 3. Recopilat. l. 2. in fine, tit. 4. part. 3. l. sed etsi 9. §. Siquis judex. ff. de recept. arbitr. Sed Arbitrator bene constitui potest. Idem de delegato sentiunt aliquid apud Greg. Lop. in d. l. 24. glos. 8. qui contrarium probat. De jure Canonico, etiam Judex ordinarius Arbitri munere fungit permittitur, de quo Abbas in cap. cum tempore, n. 5. de Arbitr. Azeved. in d. l. 9. n. 4. Olan. in concord. verb. Judex. numer. 64.

Ibi: Cavendum tamen est.

Adde Theaur. sup. num. 9. vers. Secundo limita, Bobadill. 21 in Politic. tom. 1. lib. 2. cap. 17. num. 93. Azeved. in d. l. 1. n. 95. tit. 18. lib. 4. Recopilat. Molin. sup. num. 8. ubi hoc D. Covar. assertum reprobat.

Ad Numerum 3.

De hac quaestione videndi sunt ex professo agentes, Rebuff. d. tom. 3. tit. de Arbitr. art. 1. glos. 9. a num. 4. Cevall. tom. 3. quæst. 73. per tot. Boer. decis. 284. num. 16. cum seqq. Vital. de Camban. de tract. clausul. claus. de reductione, §. Postremò videndum, pag. 717. Tulch. de conc. 414. Molin. sup. n. 9.

Verf. At ab eo.

Quod à sententia Judicis cognoscantis super reductione ad arbitrium boni viri, non admittatur appellatio, tenent, Tulch. ubi proxime, num. 17. Zabarell. conf. 119. num. 22. & conf. 40. & plures refert Tulch. de n. 1. & Boer. n. 16.

Verf. In contrariam sententiam.

Appellationis auxilium non denegatur, nisi fuerit jure 24 interdictum; atque ita regulariter appellans semper audiendus est. Surd. de alimen. tit. 8. privileg. 60. num. 1. Marc. Anton. Genuesi. in practicabilib. Eccl. stat. qu. 319. num. 2. Cevall. tract. de cognit. per viam violent. glos. 6. n. 30. Iraq. de privileg. pia caus. privileg. 153. Azeved. ubi proxime, num. 71. Amat. decis. 75. n. 4. Paz in prax. to. 1. part. 6. in proem. à n. 17. ubi distinctè probat in omnibus casibus, omnibus personis, & à quocunque Judice appellare licere. Sic in dubio appellationi deferendum est, Menoch. conf. 1074. n. 3. Cevall. de glos. 6. n. 16. Tulch. A. l. conc. 369. n. 4.

Casus, quibus de jure prohibetur appellatio, congerunt Marant. de tit. de appellat. à nu. 267. Bernard. Diaz. reg. 35. Rebuff. de to. n. 3. tit. de appellat. art. 7. per tot. Damhonder. in prax. c. 230. cum aliis Dueñas, reg. 41. & aliqui exprimuntur in l. 3. 4. 6. 9. tit. 18. l. 4. Recopil. l. 16. tit. 23. part. 3. l. 1. & per tot. C. quor. appel. non recipi.

Ad Numerum 4.

Juris regulæ standum est, donec probetur limitatio, Menoch. de recuperand. remedi. 14. nu. 32. Cyriac. controvers. 254. n. 58. cum seqq. Argel. de legit. contr. act. quæst. 12. num. 38. Carleval. de judic. tom. 1. tit. 1. disp. 2. num. 310. Monet. distribut. quotidian. part. 1. quæst. 9. n. 56. Guttier. de juram. confirmat. part. 1. cap. 1. num. 64. acian. de probat. lib. 1. cap. 8. num. 13. Surd. decis. 255. n. 2. Undè is, pro quo est regula, habet fundatam intentionem & adversario onus probationis incumbit; Pacian cum plarimis n. 14. Marc. Ant. variar. lib. 2. resolut. 59. cas. 12. Cyriac. ubi proxime. Argel. nu. 37. Bernard. Græva. ad prax. Camer. Imperial. lib. 1. conc. 36. confid. 1. Arias Pinel. in l. 1. part. 3. n. 23. C. de bon. matern. Nec recedendum est à regula nisi aperitissime, limitatio probetur, Bald. in l. precibus, n. 23. C. de impuber. & aliis, Jal. in l. non hoc, n. 15. C. unde legitimi, Molin. de primogen. lib. 3. c. 4. nu. 34. Menoch. conf. 1162. n. 2. Imò nullam esse sententiam adversus juris regulam, nisi in ea aliquid exprimitur; per quod appareat in casu fallentis latam fuisse, ait Pacian. ex aliis n. 16.

Ad Numerum 5.

Utum à Judice liceat appellare circa id, quod ipsius arbitrio commissum est; maximè controversatur; de quo latissime Menoch. de arbitr. lib. 1. qu. 70. per tot. ubi pluribus pro utraque laudatis negativam sectatur opinionem; cui adhæret Ricc. in praxi, decis. 115. n. 1. part. 1. Argel. de acquir. possess. q. 2. ar. 7. n. 52. §. Scaccia de appellat. q. 17. limit. 15. n. 2. D. Salgad. de prolect. Reg. tom. 1. part. 3. c. 13. num. 36. Magon. Lucens. dec. 42. n. 2. part. 1. Paul. Granat. in suis communib. theor. 13. in fine. Amat. variar. lib. 2. resolut. 80. n. 4. Gratian. discept. c. 170. n. 6. Quod limitat Menoch. in enormi læsione, aut si ad principem recurratur.

Sed